



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

An remuneratio fidelium, & damnatio infidelium sit æqualis. tit. 171

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

AN REMUNERATIO FIDE-
lium, & damnatio infidelium sit
equalis.

TITVLVS CLXXI.

Rimò notandum, quòd sit duplex merces & meritum, promissum & promeritum præmium. Coram Deo nullum est promeritum præmium. Nam etiā cùm omnia fecerimus, Deus nobis nihil debet. *Luc. 17.* Ideò quicquid nobis donat Deus, hoc est gratia & promissum præmium: coram hominibus autem est promeritum præmium, *Roman. 4.* Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum *Iac. 4.* Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, &c. *Leui. 19.* & *Iob. 4.* loquitur scriptura de illa mercede erga proximam, sed de promissa mercede, *Matt. 19.16.* & *25. Ioā. 5.* Quoties ergo de mercede & merito loquitur scriptura, hoc de promisso, id est, mercede vel præmio intellegendum, non de operato & effectu nostro merito cora Deo, aut, quòd nobis Deus ex debito obligatur.

Secundò, loquitur scriptura de æquali & communi remuneratione omnium credentium, & æquali damnatione infidelium & malorum. Subinde de speciali promissa remuneratione secundum opera & labores nostros, & speciali poena & damnatione malorum: & sic dicuntur essentialia præmia seu poena essentialis, aut accidentale præmium, aut poena secundum gratiam operum.

Dicuntur autē primò communes seu essentiales remunerations, quæ ex æquo omnibus distribuuntur fidelibus, ut qui credunt in Christū, quæ fides facit filios Dei, *Ioan. 1.* illi ex æquo apprehendunt Christi bona, id est, remissionem peccatorū in Baptismo, *Spiritu S.* absolutionem, satisfactionem Christi. Summa,

ma, omnia quæ offert & docet Euangeliū, & nā
dēm vitam æternam: non enim aliis alio melius nec
pit sacramentum & absolutionē, neque plus aum.
nūs de gratia. Nō plūs Cēsar quām rusticus, vir quām
mulier, vt sicut omnes vnum sumus fide, Galat. 3. nā
æqualis distributio. & hēc est communio sanctorum,
seu participatio bonorum Christi, quæ appre.
henduntur & distribuuntur æqualiter propter personam
Christi credenti, & non propter nostra opera.

Sic est etiam essentialis seu communis pœna omni.
um infidelium, malorum & damnatorum ex æquo,
vt ira Dei æterna, Ioann. 3. carentia visionis divine
æterna, damnatio sine fine, potestas satanæ, male.
dictio, ignis æternus, frigus, tenebræ, fletus & thror.
dentium, Matth. 8. 13. 22. 24. 25. Luc. 13. Sic est clementia.
lis damnatio omnium malorum, & ex æquo illa ha.
bent, id est, iram, tenebras, priuationem lucis & Hēc
sunt vel communia bona & remunerations piorum
aut pœnæ malorum, quæ ex æquo omnibus infide.
libus & malis contingunt. Sub iudice est specialiter
muneratio bonorum operum, quæ pīj & fideles sa.
ciunt ex fide ad laudem & gloriam Dei, ultra ipsam
fidem, quæ apprehendit Christi merita, aut qui lo.
lum propter suam personam conferuntur. Et taliter
muneratio non ex æquo distribuitur, sed secundum
gradus laborum, vt qui etiam habuit officium, quod
in fide exercuit, id est, prēdicauit, rexit rem publicam,
aut dedit eleemosynas, multū orauit, ieiunauit,
&cæt. In talibus operibus sicut se vnuis plus altero
exhibuit diligenter, ita & præmium accidentale
erit, 1. Cor. 15. Differt stella à stella in claritate &
magnitudine. & 1. Corint. 3. Vnusquisque mercedem
accipiet secundum suum laborem. Matth. 16. Reddet
vnicuique iuxta opera sua. Hic mansiones maledi.
sunt, Ioan. 14. Sic martyres, confessores &c. præcedit
in accidētali prēmio simplices. Hēc accidētalia p̄t
ma

nia donatur ex gratia propter nostra opera & studia
in fide facta. Essentialia vero distribuuntur propter
solam personam Christi & opera illius, quæ ipse solus
fecit, id est, quod passus sit pro salute nostra, Roman.
& sic fidelis habet duo ingentia præmia: essentialia,
id est, Christi, quæ fides appræhendit per sacra-
menta: accidentalia, quæ ex promissione Deus distri-
but nostris operibus, &c. ex gratia. Sic quoquè est
specialis poena damnatorum, secundum gradus mali-
tiae & peccatorum ultra communem damnationem
& priuationem visionis diuinæ, &c. Nam in iudicio
redet vnicuique secundum opera sua, i. iuxta mul-
titudinem & magnitudinem. Sic dæmones ultra hoc
quod sunt damnati, habebunt specialia tormenta pro-
fusus tribulationibus & seductionibus & tentationi-
bus, quibus Christianos turbârunt. & Tyranni, qui
ultra hoc quod sunt increduli & damnati, etiam ha-
bebunt suas poenas secundum gradus malitiæ suæ,
qua S. Martyres aut Christianos occiderunt & perse-
cuti sunt, vt Domitianus, Nero, &c. Sic Hæretici ultra
hoc quod propter malitiam propriam hahent dam-
nationem, etiam habent gradus poenarum, secun-
dum quod innumeros seduxerunt hæresi sua, & ple-
raque mala, effusionem sanguinis, bella, odia excitâ-
runt. & sic dicit Augustinus, quod Arrij poena non-
dum est decreta aut definita.

Ex his liquet, quomodo remuneratio piorum &
damnatio malorum est æqualis, & non æqualis, &
quomodo fides in Christum, ex æquo appræhendat
Christi & essentialia bona, & quomodo nostra opera
ex fide facta, habent promissam remunerationem
propter Christum ex gratia. Nihil ergo adimitur glo-
riæ Christi, vbiquè est gratia & promissio. Sic etiam
de poenis malorum est, &c.

Notandum quod hoc nomen, meritum, capitur
dupliciter. Primo pro opere, quod ex sua natura & ex
seipso

seipso æquale est præmio, & sic nullum est opus nostrum ex se tale, quod exequari possit æternæ gloriæ. Excedit hoc facultatem naturæ humanae, ut Lyra. per illud Tit. 3. Secundum misericordiam nos salutem fecit. Rom. 8. Non sunt condignæ passiones, &c. Alio modo accipitur meritum pro opere ex pacto quodā & promissione, aut libera voluntate & gratia, ubi premium multum excedit meritum. Sic promittit Deus gratuita liberalitate vitam æternā bona facientibus, Ioan. quinto, & Matt. 5. si non adesset talis promissio, nullum esset præmium. Oritur ergo promissio ex Dī misericordia, & non ex nostris operatis operibus, Ro man. 6. Gratia Dei vita &c.

QUID EST MERITUM.

TITVLVS CLXXII.

Primò, merita sunt dona Spiritualia & corporalia, quæ solus Christus vincere sua morte meruit apud patrem. Spiritualia dona sunt, remissio peccatorum, habere Spiritum sanctū cum donis suis & virtutibus, Gal. 5. vitam æternam. Nam semel iatruim in sancta, & æternam reperit redēptionem.

Secundò, solum vnicū meritum est in Ecclesia, quod meruit à patre omnia dona, & hodiè meretur Spiritualia & corporalia: vt sunt panis quotidianus, pax, sanitas, & cæteræ benedictiones, Deu. 28. Omnia propter Christi sanguinē distribuuntur credentibus, non propter nostra singulare opera, nec est singulare meritum, sed ipsa Christi passio distribuitur, id est, causa est, propter quam omnia nobis dona corporalia & Spiritualia distribuuntur, sicut dicit Ioan. 1. Deploritudo eius accipimus omnes.

Tertiò, fides, Sacramenta, obedientia præceptorum, sunt media, quibus appræhendimus distributionē ynici meriti Christi, non quibus mercemur singula-